Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)

[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] 



fuisse vtiq̧ sempiternũ. Et alio atq̧ alia. nõ modo de aliis hoĩbus multa que ad religionem ptinẽt verũ etiã de angelis credimus. Spes aũt nõ nisi bonaꝝ rerũ est. nec nisi futuraꝝ ⁊ ad eum ptinentium q̃ earum spem gerere phibetur.

¶ Redit ad pmissam questionẽ. s. an fides et spes in christo fuerint. c

# Post hoc superest i

uestigare vtrũ fides ⁊ spes in xp̃o fuerit. vñ tractatus iste sumpsit exordiũ. Quibusdã nõ indocte videt̃ fidem ṽtutẽ ⁊ spem i eo nõ fuisse. sicut in sanctis iam beatificatis. vel i angelis nõ sunt. ⁊ tñ sancti credũt ⁊ sperant resurrectionẽ futurã. ⁊ angeli eandẽ credunt. nec tñ in eis fides vel spes ṽtus est. q̃ et deo p spẽm ꝯtemplando fruunt̃. ⁊ in dei ṽbo resurrectionẽ futurã siue iudiciũ nõ p speculũ in enigmate. sed p̃clarissime ĩspiciũt. Si eñ q̃ credunt resurrectionẽ futurã. ideo verũ est eos fidem hr̃e. ğ ea ꝯsummata post iudicium silr̃ ⁊ fidẽ habere dicent̃ q̃ credent eã p̃teritam. Sz sicut tũc credẽt. nec tñ fidem q̃ fideles facit habebũt. q̃ nõ credẽt absq̧ scia que nõ erit enigmatica s̃ p speciem. ita ⁊ mõ credunt ⁊ sperãt resurrectionẽ. nec tñ fidẽ habent q̃ credendo cognoscũt. Venit enĩ eis qđ pfectũ est ⁊ euacuatũ est qđ ex pte est Venit eñ cognitio ⁊ euacuata ẽ fides. Venit species ⁊ desiit spes. Ita ⁊ xp̃us in q̃ fuerunt bona patrie credidit q̃dẽ ⁊ sperauit resurrectionẽ tertia die futurã. p qua ⁊ patrẽ orauit. nec tñ fidem virtutẽ vel spem habuit q̃ nõ enigmaticã ⁊ specularẽ. sed clarissimã de ea cognitionẽ habuit. q̃ nõ pfectius eam cognouit p̃terita q̃ intellexit futurã. Sperauit tñ xp̃us sicut in ps̃. ait. In te dñe speraui. nec tñ fidem vel spem ṽtutẽ habuit. q̃ p speciem videbat ea que credebat. De antiquis ṽo patrib⁹ q̃ apud inferos vsq̧ ad passionẽ tenebant̃ nõ incõgrue dici põt q̃ fidẽ ⁊ spem ṽtutem habuerint. q̃ credebant ⁊ sperabãt se visuros deũ p speciem qualr̃ eum tũc non videbant. q̃ nõ patuit eis cognitio dei p speciem añ passionẽ xp̃i. Qua ꝯsummata. a fide transierũt ad speciem.

Si iusti ap̃d inferos tenti fidem ⁊ spem habuerunt.

Ista est distinctio. xxvi. hui⁹ tertij libri. In q̃ mgr̃ postq̃ egit de fide. agit de spe. Et tria circa hoc facit. Primo eñ ostendit q̃d sit. Secũdo de quo sit Tertio inquirit an in xp̃o fuerit. Primũ facit vsq̧ ibi Et sicut spes. Secũdum vsq̧ ibi. Post hec supest. Tertium vsq̧ ad finem dis. In speciali sñia magistri stat in trib⁹ ppositionib⁹ quaꝝ prima est hec. Spes que virt⁹ theologica dr̃. hic a mgr̃o duplr̃ describit̃. Quam mgr̃ intẽdens ponit duplicẽ spei descriptionem. Quaꝝ prima sumit̃ ex cõparatione ipsi⁹ spei ad suũ obiectũ tm̃. Et est ista. Spes ẽ virtus qua spũalia ⁊ eterna bona sperant̃. i. cũ fiducia expectant̃. Secunda aũt sumit̃ p compationẽ ipsi⁹ spei ad ip̃m suũ obiectũ actũ ⁊ principiũ. que est cõpletior q̃ prima. Et est. Spes ẽ certa expectatio future btĩtudinis pueniẽs ex gr̃a dei ⁊ ex meritis p̃cedentib⁹ ipsam rem speratã. Nam sine gr̃a dei ⁊ merito vel saltẽ sine merendi pposito aliq̃d future btĩtudinis expectare nõ est spes. sed p̃sumptio dici põt. Secũda ppositio est hec. Spes vt fides ẽ de reb⁹ nõ visis. Hanc mgr̃ ponens dicit q̃ spes pprie nõ est de reb⁹ visis sicut ⁊ fides. q̃ esse de nõ visis ẽ vtriq̧ ipsaꝝ cõmune. differenter tñ. nam fides ẽ de nõ visis inq̃tum sunt inuisibilia. Spes ṽo inq̃tũ sunt nõ habita. Differũt etiã nõ solũ vocalit̃ sed etiã realiter. Primo quo ad hoc q̃ fides est indifferent̃ de bonis ⁊ malis. spes autẽ de bonis tm̃. Scđo quo ad hoc q̃ fides ẽ tam de p̃teritis q̃ de p̃ñtibus q̃ etiã de futuris. Spes aũt tm̃ de futuris. Tertio oñdit q̃ ad hoc q̃ fides est de reb⁹ suis ⁊ alienis. sed spes est de reb⁹ ad seipsam ptinentibus Tertia ppositio ẽ hec. Christ⁹ in hac vita fide ⁊ spe caruit eo q̃ oĩa clare vidit. Hanc mgr̃ ponẽs querit. Utrũ in xp̃o fuerunt spes ⁊ fides. Et rñdens dicit q̃ inq̃tuz sunt ṽtutes nõ fuerũt in xp̃o sicut etiã nõ sũt in beatis. Licet eñ beati credãt ⁊ sperant nõ tñ in eis est fides ⁊ spes q̃ sunt virtutes. q̃ ipsi deũ p speciem vident ⁊ in ipso clare q̃ credunt̃ ⁊ sperant̃ intuent̃. cũ igit̃ xp̃us nõ enigmaticã sed clarã habuit oĩm cognitionem. ꝯsequens est ip̃m nec fidẽ nec spem habuisse. Et subdit q̃ antiqui p̃res q̃ apud inferos erant ante passionẽ xp̃i fidem ⁊ spem habuerunt. Et pprie put sunt virtutes ⁊ habitus q̃dam que postea euacuata erant in eis p aduentum videlicet clare ⁊ pfecte visionis. Et tm̃ in speciali.

¶ De charitate qua diligit̃ deus et proximus que in christo et in nobis est. a

# Cum aũt christus

fidem ⁊ spem nõ habuerit dilectionẽ tñ habuit inq̃tũ hõ tantã. qua maior esse nõ valet qui ex charitate eximia aĩam posuit p amicis ⁊ inimicis. Habuit eñ in corde charitatẽ quã ope nobis exhibuit. vt exhibitõis forma nos ad diligendũ instrueret. Hic aliq̃d dicẽduz ẽ de charitate. ⁊ mõ ⁊ ordine diligẽdi deum et proximum. 

Quid sit charitas. b

# Charitas ẽ dilectio

qua diligit̃ de⁹ ppt̃ se. ⁊ prox⁹ ppter deũ vel in deo. Hec habet duo mãdata. vnũ ptinens ad dilectionẽ dei. qđ ẽ maximũ in lege mãdatum. ⁊ alteꝝ ptinẽs ad diligendũ proximũ illi sil̃e. Primũ ẽ diliges deũ ex toto corde. ex tota mẽte. ex tota aĩa. Qđ scriptũ est in deut̃o. Scđm ẽ. diliges proxim tuũ sic̃ teip̃m. In his duob⁹ p̃ceptis tota lex pẽdet ⁊ pphete. Finis ei p̃cepti ẽ dilectio. ⁊ ea gemĩa. i. di ⁊ proximi ẽ

De duobus mandatis charitatis.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0297
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG